

P R A E F A T I O.

Camerali depromptam, Disputatione vero Inaugurali ex duabus potissimum rationibus dignam: Quarum prima est quod Iurisprudentiae nostrae studium non solum Iuris Iustiniani et Pontificii cognitione absolui possit, sed ambitu suo Recessus quoque Imperii, Iura statutoria, Prouincialia et Municipalia complecti debeat, adeo ut turpe sit causas oranti ius locale aut consuetudinarium in quo versatur, ignorare, turpius autem, ius commune Caesareum nescire, quoniam Camera Imperialis instar antiquae Romae, quae communis omnium patria vocabatur, hodie commune omnium Imperii Statuum Forum ac Domicilium habetur, ideoque ius quod ibi obtinet, Iurisprudentem fugere non debet. Altera est, quod quae antea Doctores de hac nobilissima materia passim sine ordine tradiderunt, per *Recessum nouissimum de anno 1654.* quodammodo immutata sint. Quapropter sine ulteriori ambage tentatum iter aggredior, Deum Ducem inuocans ut me regia via in sui nominis gloriam ad finem huius materiae feliciter perducatur.

C A P.